## EGGLESTON B. M. V. et S. Joannes Baptista

Engle-, Egle-, Egli-, Eglyston, -stona, -stone.

Confluentibus rivis Tees et Thorsgill Beek, in valle amoene sita prope Barnard Castle versus austrum, in comitatu et diocesi York. — Circ. Angliae Borealis.

Abbatia, cuius historia parum est elucidata. Fundatio eius videtur esse peracta inter annos 1195 et 98, sed nomen fundatoris non potest cum certitudine designari. Non est fundata a Conan, duce Brittanniae et comite Richmondensi, ut asserit Leland, nec a Gilberto de Leya, ut putat Peck[23]). Nobilis iste, cuius progenies habuit ius „faciendi novem canonicos in Eggleston", fuit tamen benefactor egregius. Forsitan fundator fuit Ralph de Muleton, penes cuius progenies (Lord Dacre) erat patronatus in abbatiam usque ad dissolutionem. Eggleston fuit filia Stae. Agathae de Easby. Ecclesiae administratae: Stratford Over, Rokeby, Great Ouseburn. Fuit pauperrima inter canonias Ordinis in Anglia, redditus eius erant 36/8 librarum tantum. Saeculo XIII debitis gravabatur immo erga Judaeos Eboracenses, et reductio eius ad statum prioratus iam cogitabatur. Anno 1323 insuper a Scotis est diruta, ita ut religiosi prae egestate in alias abbatias debuerint distribui. Status personalis: 1275:13, 1380:11, ca. 1475:15, 1500:14, 1540:9. Hoc anno 1540 suppressa est tamquam ultima domus ordinis in Anglia. Postmodum facta est praedium, quod initio saeculi peracti adhuc inhabitabatur. Nunc est ruina valde pulchra, a gubernio (H. M. Office of Works) administrata, superest pars ecclesiae et dormitorium.

Archivalia: perierunt fere integra.

Litteratura: HUGO nescit — IDEM, *Sacr. Ant. Monum.* Epist. Gervasii CXXV — WAEFELGHEM 82 — BECK V 190, VI 61 — BREWER *Lett. Henry VIII,* voll. IX, X, XII, XV/XXI — BURTON 135/38 — *Cal. Inqu. Misc.* I — CLAPHAM 135, 137 — CAP II 201/22 — COLVIN 162/65, 405/06 — COTTINEAU 1030 — C. R. R. III, IV — DUGDALE VI (2) 943/44 — FARRER/CLAY V — GROSE VIII 146/47 — KIRKFLEET 111/ 13 —

[23]) CAP no. 397 (cf. COLVIN 163)



ELENCHUS

LEFROY 232 — LELAND I 86 — MORRIS 151/54 — P. L. II, VI, XI — *Reg. Archb. York Th. Corbridge I, R. Greenfield IV, V* — TANNER York XXXII — *Val. Eccl. V* 236 — VCH *Yorksh.* North Riding I (1914) pp. 113/16. auct. J. W. BLOE, et III (1913) p. 32. Cf. Yorksh. Gen. II, III — WOODWARD 367 — ROBERTS 122 — BAILDON (cf. Easby) 51/52 — J. F. HODGSON, *Eggleston Abbey,* in: *Y. A. J.* XVIII (1905) — WHITAKER (cf. Easby) I 110.

Series abbatum (Colvin)

Wilhelmus ca. 1198
Nicholaus ca. 1200
Stephanus 1205
Robertus 1216
Wilhelmus 1226
Hamo 1235/40
Robert 1250/54
Alexander 1264[24])
Roger
John of Easby 1296, †1307
Thomas of Durham elect. 1307
Wilhelmus (de C . . .?) elect. 1309
Bernard of Langdon elect. 1313, 1329
John of Theakston el. 1330
Alexander of Easby el. 1349
William of Startforth el. 1351
Johannes 1364
Peter of Easby el. 1377
John English 1401, † 1411
John of Wells el. 1411, obiit eodem anno
Thomas Morton el. 1411, † 1431
Thomas Rayner 1445—49, res.
Richard Hilton 1449—55 (postea abbas in Easby? Idem dic de praecedenti)
John Woolston 1455—76
Robert Ellerton 1476—94
William Westerdale el. 1495, 1500
John Wakefield 1503—19
Thomas Darnton sive Shepherd 1519—40

## GUIZANCE St. Wilfridus

Guyzance, Gisnis, Gysnes, Guisnes, Guynes, Gynes, Ghines, Gisyng, Branshallghe.

Recte pronuntia modo anglico: Gheesawns — In loco nunc Brainshaugh appellato, prope Amble, et Alnwick versus austrum, in Northumbria. Dioec. Durham. Circ. Angliae Borealis.

Parthenon. Richard Tyson dederat canoniae Alnwicensi inter annos 1147 et 52 terras et capellam in Guizance. Quae canonia ibi erexit parthenonem, et Richard Tyson memoratur ut „fundator capellae Sti. Wilfridi de Gisnis". Diu in Ordine omnino ignorabatur, innotescit tamen ex epistolis Gervasii Abbatis Generalis, qui circa annos 1216/20 admisit ingressum alicuius viduae in hoc asceterium. Gervasius, ipse Anglus, pariter confitetur se hanc domum omnino ignorasse, ex quo liquet eam

[24]) Cal. Charters, Gen. Reg. House Edinburgh, I 46

fuisse minusculam et pauperam. Immo Registrum Tichfeldense eam praeterit[25]), admittens duo tantum asceteria in Anglia. Sed constat in Guizance fuisse „sorores cantantes“, sicut in Irford et in Broadholme. Anno 1292 priorissa eius erat taxata Libris 3/14[26]). Anno 1313 adhuc floruit parthenon, sed deinceps non amplius de eo fit mentio, probabiliter pestilentia versus medium saec. XIV est exstinctus, et factus est cella abbatiae Alnwicensis. Saeculo XVI, capella eius fuit ecclesia parochialis, a duobus canonicis Ordinis administrata, quorum dignior habuit titulum „magistri“, ut de more in asceteriis Angliae. Anno 1567 omnia aedificia adhuc existebant, sed hodie superest tantum modica ruina ecclesiae.

Archivalia vide Alnwick.

Litteratura: HUGO I 741 — IDEM. *Sacrae Ant. Mon.* epist. Gervasii 69 et 70 (cf. KIRKFLEET 260) — WAEFELGHEM 97 — — *Cal. Charter R.* III 87 (fratres et sorores de Gisnis) — CAP I nr. 291, 449 — COLVIN 332/34 — HODGSON V 417, 477/79, 487 — DUGDALE VI (2) 1622 — *North. Pleas* XXII, 217, 655 , 657 — Pipe Rolls 1186/87 p. 13 — *Reg. Palatinum Dunelmense, R. de Kellawe* (Rolls Ser.) II 939, 963 — TANNER, North. XIII — W. H. LONGSTAFFE, *The Church of Guyzance,* in *Arch. Ael* New Series, Vols III/IV (1859).

## HAGNABY St. Thomae Cantuariensis

Hagne-, Haguen-, Haghene-, Haghen-, Haghne-, Haunby, Hauneby, -bi.

Prope Alford, SW Mablethorpe, in comitatu et dioec. Lincoln. Circaria Angliae Medianae.

Fundatum est monasterium tamquam prioratus dependens a Welbeck anno 1175 vel 76 ab Agnete de Orby. In abbatiam est evectum anno 1250. Parochia administrata: Hannay. Fuit canonia inops et parvi momenti, sed per chronicon saeculo XIV conscriptum, de eius historia usque ad idem tempus sat bene sumus edocti. Redditus eius annui erant 87/11 librarum, status personalis: 1377 12, 1381:10, ca. 1475:13, 1500:12, 1536: 7 canonici. Patronatus saeculo XV a nobilibus de Orby transierat ad dominos de Welles. Suppressum est anno 1536. Una ex causis insurrectionis populi in comitatu Lincolniensi anno sequenti fuit dira impietas, qua commissarii regis in actu suppressionis avulserant custodiam cum Sanctissimo, pendentem super altare maius in Hagnaby. Datum est exinde cum bonis a rege Joanni Freeman, civi cuidam Londiniensi. Omnia aedificia sunt subversa, ne lapis quidem superest.

25) CAP doc. nr. 158, de fine saec. XIII. Cf. de hoc registro apud Circariam Hiberniae.

26) Taxacio Dunelmensis dioec. apud HODGSON (1820) V 354. In eadem taxatione Alnwick valet 30, Blanchland 9 libris.

Archivalia: Chronicon monasterii de Hagnebi (saec. XIV), in Brit. Museum, MS Vesp. B XI.

Litteratura: HUGO I 789 — WAEFELGHEM 106 — BECK V 191, VI 62 — BREWER *Lett. Henry* VIII, voll. IV, X, XII/XIV, XX, XXI — CLAPHAM 135 — COLVIN 106/07, 406 — CAP II 223 — COTTINEAU 1369 — DAVIS cf. ind. — DUGDALE VI (2) 891/92 — GOOVAERTS IV 96 — HOLTZMANN 98 — KER 52 — KIRKFLEET 113/14 — P. L. III, IV, IX, XIII — *Reg. Chichele* I/IV cf. ind. — ROBERTS 158 — STENTON E. L. A. cf. ind. — TANNER Linc. XXXIV — THOMPSON *Vis. Rel. H.* I — IDEM. *Vis. Dioc.* I — *Val Eccl.* IV 51 — VHC Lincolnsh. II (1906) pp. 205/06, auct. S. ELSPETH — R. C. DUDDING, *Hagnaby Abbey,* in: L. N. & Q. XVIII (1924) p. 10 — IDEM, *A Papal Bull (from Hagnaby Abbey),* ibid. XXIV (1936) pp. 17, 18.

Series abbatum (Colvin)

Thomas (Prior) ca. 1200
William of Fultorp el. 1228
Peter ca. 1230
Roger de Rethford, abbas 1250—70 res., † 1276
John of Barwe 1270—91
John 1291—1300
Alanus el. 1300
Wilhelmus 1310
Walter el. 1312, 1316
Wilhelmus 1343/46
John de Wynthorp el. 1412
John Wodthorpe el. 1440, 1446
William Anderby res. 1475
Robert Alforde 1475/88
John Boston 1491/1503
Richard Starton 1509
John Hathnes 1522/29
Edmund Toft, sive Warter 1535/36

## HALESOWEN B. M. V. et St. Joannis Evangelistae

Hales Owen, -Owyn, -Owein, -Owain, -Owayn, -Owayne, -Owyen, Hallesoweyn, -oweyne, Halas, Halsowyn, Heles, Heyles. — Recte profertur modo anglico: Hales Oyne. Vitetur confusio cum abbatia Hayles O. Cist. Annales Halesienses et famosus ille theologus Alexander probabilius non spectant ad hanc nostram canoniam. SW Birmingham, Worcestershire, dioec. Worcester. Circaria Angl. Mediana.

Abbatia insignis, fundata anno 1218 juxta antiquam ecclesiam parochialem a Petro des Roches, episcopo de Winchester, qui etiam fundavit abbatiam Tichfeldensem. Filia de Welbeck, mater de Tichfield, et postea ad tempus etiam de Tal-y-Llychau. Ecclesiae administratae: Hales, Clent, Wallsall et Wednesbury. Anno 1464 traditus est illi prioratus collapsus O. S. A. de Dodford, de quo vide infra sub dubiis. Redditus annui: 337/15 librarum. Status personalis 1381:11, 1491:21, 1475:19,

John Poole el. 1395
Henry of Kidderminster el. 1422
John Derby 1442, consecr. 1446, 1479 (P. L. XIII), † 1486 res. antea?
John Hay ante 1486? an. 1500: quondam abbas
Thomas Bruges 1486—1505
Edmund Green el. 1505
William Taylor 1529, —1538

## HORNBY St. Wilfridus

Horneby, -bi, Honreby

NE Lancaster, Lancashire, Dioc. York. — Circ. Angliae Medianae.

Prioratus, pertinens ad abbatiam de Croxton. Fundatus ante annum 1200 a Roberto de Montbegon. Fieri potest, hanc domum primitus fuisse „prioratum hospitalem" aliquatenus independentem, sicuti initio fuerat abbatia ei vicina de Cockersand. Fuit pauper, habuit tamen duas ecclesias incorporatas et administratas: Melling et Tunstall. Saeculo XV prior de Hornby interfuit capitulis provincialibus. Prior, qui vocabatur etiam „magister", fuit tamen amovibilis ad nutum abbatis Croxtoniensis. Saeculo XVI, quo ibi erant generatim duo canonici praeter priorem, conventus et bona adnumerabantur conventui Croxtoniensi, nec visitator Redman eum agnovit tamquam sui juris. Biennio prius matre, anno scilicet 1536, est suppressus. Nihil de aedibus superest.

Archivalia nulla subsistunt. Vide Croxton.

Litteratura: Fontes Ordinis ignorant — BREWER *Lett. Henry VIII* voll. IV, X, XIV, XIX, XX — CAP II 266 — COLVIN 96, 143 — COTTINEAU 1430 — DUGDALE VI 2, 936 — KIRKFLEET 109, 114 — TANNER Lancs. VII — VCH Lancs. II (1908) 160/61 auct. J. TAIT — ROBERTS 158 — *Val. Eccl.* IV 151 — W. H. CHIPPINDALL, *A Short History of the Parish of Tunstall.* Chetham Society IV.

## IRFORD B. M. V.

Urford, Orford, Ixford, Hireford, Irfurth.

Prope Market Rasen, non longe a Stainton le Vale, in comit. et dioec. Lincoln. Circaria Angliae Medianae.

Parthenon, fundatus probabiliter una cum canonia Newhouse, et ab eisdem fundatoribus, tamen post annum 1154, et serius quam Broadholme. Ralph d'Aubigny fuit insignis benefactor, et donavit ei ecclesiam Sti. Michaelis in Irford. Alia ecclesia incorporata: Wragby Irford usque

ad saeculum XIV arcte erat connexa abbatiae Neohusiensi; charta quaedam anni 1188 loquitur de „fratribus et sororibus in Irford“. Patronatus asceterii erat penes familiam d'Aubigny, saec. autem XIV apud Dominos de Roos. Omnis provisor in Irford, ab abbate Neohusiensi de novo nominatus, debebat adire dominum de Roos, cui bis in anno ratio erat reddenda bonorum asceterii. Valor redituum: 13/9 Librarum. In actu suppressionis anno 1539 praeter priorissam septem moniales fuerunt in Irford[27]). Datum est deinde monasterium a rege Roberto Tyrwhit. De aedibus nihil superest, nec de archivalibus. (Cf. de hac re Newhouse).

L i t t e r a t u r a : HUGO praetermittit — WAEFELGHEM 126 — BREWER *Lett. Henry VIII* voll. X, XIV, XV, XIX, XX — COLVIN 328/30 — CAP II 266 — COTTINEAU 1436 — DUGDALE VI 2, 936 — KIRKFLEET 126/28 — *Reg. Chichele* II — TANNER Lincs. XLIII — THOMPSON. *Vis. Rel. H. I* — *Val. Eccl.* IV 78 — VCH Lincs. II (1906) p. 209.

## KAYLAND St. Joannes

Kalenda, Kalend', Kalendar, Kaylend.

Prope Lamport versus occidentem, in parochia Cottesbrook. Northamptonshire, Dioec. Lincoln — Circ. Angliae Medianae.

Prioratus, dependens ab abbatia de Sulby, a qua sex leucis distabat. Fundatus est saeculo XII vel XIII a Wilhelmo de Buttevillain. Anno 1316 haec donatio a rege Eduardo confirmatur, in quo instrumento verbum fit de „fratribus in Kaylend“. Videtur ergo fuisse domus formata. Sed ceteroquin de historia huius cellae nihil scimus, nec quando et quomodo desierit. Nihil de ea subsistit.

L i t t e r a t u r a : Fontes Ordinis nesciunt — COLVIN 82 — COTTINEAU 1506 — DUGDALE VI 2, 904 b, 945 — TANNER Northamptonsh. XX — J. BRIDGES. *History of Northantshire* (1791) pp. 553/55 — G. H. STEVENSON, *Kayland Cell, Cottesbrook, Northamptonsh.*, in: Ass. Arch. Soc. R. and P. XXX VII p. 131.

## LANGDON B. M. V. et St. Thomas Cantuariensis

West Langdon, Languedona, Langedun, -den, -don, Longdon, Langedonne.

Inter Dover et Deal, Kent. — Dioc. Canterbury, Circ. Angliae, Australis.

Abbatia, fundata anno 1189 a Sir William d'Auberville. Filia de Leyston. Ecclesiae incorporatae: Lydden, Oxney, Walmer, West Lang-

[27]) KIRKFLEET et GASQUET (CAP) erronee praetendunt hanc domum anno 1537 fuisse suppressam, et dein tamquam „novellam plantacionem“ fuisse translatam in Stixwould. Res quo modo revera evenerint, vide infra apud Stixwould (cf. COLVIN p. 336)

don, Waldershare, Tonge. Redditus annui: 91 Librarum. Nihilominus erat pauper, ita ut ineunte saeculo XIII abbas Generalis Gervasius Anglus intenderit unionem duarum domuum pauperum Stae. Radegundis et de Langdon. Tamen Honorius III Papa anno 1217 vituperat in Langdon „detestabiles consuetudines propter ciborum luxum". Status personalis: 1323 18, 1325:20 vel magis, 1381:6, ca. 1475:12, 1488:17, 1500:9, 1535:11 religiosi. Anno 1535 est suppressa, et triennio post cum bonis suis archiepiscopo Cantuariensi data. Supersunt fundamenta et fornices, quibus domus recentior est superposita.

Archivalia: Cartularium saec. XIV in P. R. O., London — Exchequer Kings Remembrancer Misc. Books vol. XXIX.

Litteratura: HUGO II 15, pr. 4/6 — IDEM, *Sacr. A. M.* Epist. Gervasii 80 — WAEFELGHEM 142 — BASKERVILLE 125, 141, 146 — BECK V 304/05, VI 66 — BREWER Lett. Henry VIII, voll. IV, IX, X, XII, XIII, XXI — CLAPHAM 137, 139 — CAP III 1/11 — COLVIN 135/38, 407 — COTTINEAU 1552 — C. R. R. III, IV — DUGDALE VI (2) 897/99, VII 983 — GOOVAERTS III 31 — HASTED VI 142, VIII 94, 192, 193 IX 391, 393, 401, 404, 411 — KER 60 — KIRKFLEET 82/84 — Lett. Com. Jean XXII 15 364, 18 237, 18 241, 41 205, 41 249, 48 147 — Ob. Praem. I 4. XII, Ob. Praem. II 21. V — P. L. II/VI — PRESSUTTI 209 — Reg. Benoit XII 8513 — *Reg. Chichele* I/IV — ROBERTS 60 — TANNER Kent XXXI — *Val. Eccl.* I 43 — VCH Kent II (1926) pp. 169/72, auct. R. C. FOWLER — WOODWARD 374 — W. H. HOPE. *On the Premonstratensian Abbey of St. Mary and Thomas at West Langdon. Kent,* in: *Arch. Cant.* XV (1883) pp. 59/68 — IDEM, *Notes on the Mediaeval Paving Tiles from Langdon Abbey,* in: *Proc. Soc. Ant.* XI (1886) p. 175 — Sigilla: PEDRICK 98/100, PL. XIV, XLVI.

Series abbatum (Colvin)

Bartholomaeus
Wilhelmus inter an. 1193 et 1205
Richardus ante 1205, 1206
Petrus 1227
Robertus 1236
Joannes 1248
Nicolaus 1276
W. . . . 1284
Roger el. 1289
William of Digepet 1305
Wilhelmus 1310/41
(Ignotus) el. 1348 vel 49
Stephanus 1358
John of Hackington el. 1369
Robert of Eastry el. 1381
John el. 1392, 1415
Philippus
Thomas 1446/59
John Kentwell res. 1475 vel ante
John Brondysch 1478
Robert Waynflete 1482/91
Richard Coley 1494/1500
John York res. ante 1529
William Dayer 1529/35

# LANGLEY Assumptio B. M. V.

Langeleia, -ley, -lee, -leye, -lyth, Langlen, -le, Longele, Langleya. Vitetur confusio cum prioratu monialium O. S. B. eiusdem nominis in Leicestershire.

Prope Loddon, SE Norwich, Norfolk, Dioc. Norwich. — Circ. Angliae Australis.

Abbatia, fundata juxta parochiam iam existentem anno 1195 a Roberto Fitz Roger. Filia de Alnwick, mater de Wendling. Parochiae incorporatae: Langley St. Michael, Loddon, Thrigby, Limpinhoe, Kirby Bedon, Rushall, Thurton, Heckingham, Ranworth. Canonia possedit saeculo XV 15 ecclesias moderati valoris. Redditus annui 104/16 Librarum. Status personalis: 1377 14, ca. 1475:14, 1500:14 canonici. Progenies fundatorum, sub nomine Clavering, erant patroni, anno 1478 patronatus erat penes Richardum Fynes. Hoc tempore fuit disciplina satis collapsa. Suppressa est haec canonia, quae magnas partes egit in circaria, anno 1536. Nunc est praedium, supersunt residua claustri cum porta, item aliquot fornices.

Archivalia: Cartularia saec. XIII in Brit. Mus., Add. MSS 5948, et in Oxford, Bodleian (MS Bodley 242) — Extracta ex „Libro Annalium Abbatiae de Langley“ in Brit. Mus., Harleian MS 972, Add. MSS 5485 ff. 9/10 — Add. MSS 5848, Rentale ibid. 6275.

Litteratura: HUGO duplicat II 17, pr. 6/7 — WAEFELGHEM 142 — BECK V 290, VI 62 — BLOMEFIELD/PARKIN X pp. 147/52 — BREWER *Lett. Henry VIII,* voll. II, III/VII, X, XIII, XV, XXI — *Cal. Charter R.* I, III, V — *Cal. Inqu. Misc.* I — CLAPHAM 137, 140 — CAP III, 11/32 — COLVIN 150/52, 408 — COTTINEAU 1553 — C. R. R. VII, VIII — DUGDALE VI (2) 929/30 — HOLTZMANN pp. 39, 158 — KIRKFLEET 114/15 — Lib. Feod. — MESSENT 41 — Ob. Praem. I 14, IV — P. L. I, III/V, VIII. XIV, Pet. I — Reg. Boniface VIII 2592 — Reg. Chichele III, IV — ROBERTS 76 — RYE 176/77 — TANNER Norf. XXXVII — TURNER cf. ind. — *Val. Eccl.* III 304 — VCH Norfolk II (1908) 418/21, auct. J. C. COX — F. C. ELLISTON/ERWOOD, *The Premonstratensian Abbey of Langley,* in: *Norf. Arch.* XXI (1920/22), et in *J. B. A. A.,* N. S. XXVIII (1922) p. 49 — F. FREELING, *Iron Matrix of the Seal of Langley Abbey, Norfolk,* in: *Archaeologia* XXV (1834) pp. 617/18 — J. GARDINER, *Paston Letters,* Edinburgh 1910, pp. 517/18 — WEEVER, *Funeral Monuments* (1767), p. 548 — Sigillum: *Archaeologia* XXV 617.

## Series abbatum (Colvin)

1. Ignotus ante 1202, vel post 1209
2. Gilbertus 1202/09
3. Hugo 1246/49
4. Simon of Milham 1251—69
5. Richer of Massingham 1269/75
6. Wilhelmus
   Adam of Phyleby 1289

Ralph 1300
Geoffrey 1316, 1324
John of Strumpeshagh el. 1340
Wilhelmus 1350
Geoffrey 1368—69
Petrus 1369/82
John of Norwich el. 1392
John Walsham el. 1399
John Waterdan 1422
Nicholas of Wenyngton 1428/63
Nicholas Wamerton vel Weveton 1467/78
John Myntlynge 1482, res. ante 1488
Walter Alpe 1488—1503, res.
William Curlew 1503—09, depos. (antea abbas in Lavendon)
John Maxey 1509 — ca. 1516 postea abbas in Newhouse
Robert Walkington 1516—36

## LAVENDON B. M. V. et St. Joannis Baptistae

Lovendon, Lavindane, Lavendone, -dene, -den, Lauindene, Lavinden, Laventon, Lawnden.

Prope Olney, inter Bedford et Northampton, Buckshire, Dioc. Lincoln.

Circaria Angliae Medianae.

Abbatia, fundata inter annos 1155 et 58 a Joanne de Bidun. De historia eius ac de familia fundatoris pauca tantum scimus, quia archivum integrum periit. Possedit prioratus in Blackwose et in Snellshall, de quibus vide suis locis, et ecclesias incorporatas Lavendon, Lathbury, Aston, Shotwell, Quinque ecclesias a fundatore donatas (Wootton, Shelton, Stowe, Kirkby et Tombstone) iam saeculo XIII amisit. Valor redituum: 79/13 Librarum. Status personalis: ca. 1475 10, 1500:9, 1534:11 canonici. Anno 1536 est suppressa, loco eius nunc sunt stabula. Nihil omnino de ea superest.

Archivalia: perierunt omnia.

Litteratura: HUGO II 23, pr. 8/9 — WAEFELGHEM 144 — BECK V 291/92, VI 62 — BREWER *Lett. Henry VIII* voll. IV, X, XIII, XV, XIX/XXI — *Cal. Charter R.* I — CLAPHAM 137 — CAP III 32/43 — COLVIN 82/85, 374, 409/10 — COTTINEAU 386, 1575 — C. R. R. III, IV, VII — DAVIS cf. ind. — DUGDALE VI (2) 888/89 — KIRKFLEET 115 — Lib. Feod. — Ob. Praem. I 16 IV — P. L. II, VII, IX — Reg. Chichele III, IV — TANNER Bucks. XIII — THOMPSON Vis. Rel. H. I — Val. Eccl. IV 241/42 — VCH Bucks. I (1905) pp. 384/86, auct. S. ELSPETH.

### Series abbatum (Colvin)

1. David ca. 1158
Johannes 1203/04
R. . . . inter an. 1209 et 20
Augustinus 1233/ca.40
Jordan 1254/71
Philippus 1279/86
John of Lathbury el. 1312
Ignotus el. 1331
Richard of Emberton 1339/50, † 1380

William of Leicester el. 1380
Nicholas of Lathbury 1403/13
Thomas ca. 1453
Edmund 1457
Robert Helmedon 1475/88
William Curlew 1491, —1503
(postea abbas in Langley)
William Hawle el. 1503
William Gale 1525—36
(antea abbas in Bayham)
Inseri nequit: Wilhelmus, saec. XIII (Necr. de Beauchief, Oct. 17)

## LEYSTON Assumptio B. M. V.

Le-, Lee-, Lei-, Lay-, Leystone, -ston, -stune, -stuna, -stona. Insula B. M. V. de L. Inter Lowestoft et Ipswich, non longe a mari, Dioc. Norwich, Suffolk Circaria Angliae Australis.

Abbatia insignis, fundata in ripa maris anno 1183 a Rannulf Glanville[28]). Filia de Welbeck, paternitas autem erat disputata cum Durford, quae etiam fundationem participavit. Mater de Langdon. Rannulf Glanville voluit fundare „opulentissimam domum ordinis in Anglia“ pro 26 canonicis, tamen reditus annui non excedebant 181/17 libras. 1478 ibi aderant 16, 1494:19 religiosi. Parochiae incorporatae: Leyston, Middleton, Aldringham, Culpho, Corton. Anno 1363 propter impetus maris canonia translata est in locum tutiorem, a mari magis remotum, opera Roberti Domini de Ufford, comitis de Suffolk, et advocati monasterii. Nihilominus antiquum monasterium substitit tamquam parvus prioratus usque ad dissolutionem[29]). Anno 1536 canonia est suppressa. Supersunt pulchrae ruinae ecclesiae, refectorii et domus abbatialis, sicut et turris octogona.

Archivalia: Cartularium saeculi XIII in Brit. Museum, Cotton MS. Vesp. E XIV (Transscriptio: Add. MSS 8171) — Sloane 4935, Exch. Transscripts of Charters 5 — P. R. O. Land Revenue Bundle 1393 file 136 n. 1.

Litteratura: HUGO II 45, pr. 23/29 — WAEFELGHEM 146 — BECK V 293/94, VI 62 — BREWER *Lett. Henry VIII,* voll IV/VII, X, XII/XXI — *Cal. Charter R.* I, III. V — *Cal. Pat. R.* 1343/45 p. 349, 1361/64 p. 264 — CLAPHAM 137/41, pl. XXI — CAP III 43/55 — COLVIN 118/25, 345, 410 — COTTINEAU 1582 — C. R. R. VI, VIII — DUGDALE VI 2. 879/82 — FARRER/CLAY I — *Giraldi Cambrensis Opera* IV 244/45 (de fundatione) — HOLTZMANN 39, 101, Nr. 343 — JAFFE 15 179 — KIRKFLEET 115/16 —

[28]) apud nullam abbatiam processus fundationis, persona ac familia fundatoris tam bene sunt documentata ac nostro in casu. Fuse hac de re tractat COLVIN pp. 33/35, 118/24

[29]) Anno 1531 Joannes Green abbas resignatus, factus est „anachoreta in antiqua abbatia juxta mare“ (TANNER p. 519, n. m.)

MESSENT 139 — Ob. Praem. I 18. X — P. L. I, IV/VI, IX — PRESSUTTI 565 — *Reg. Chichele* III, IV — ROBERTS 99 — TANNER Suffolk XXXII — TURNER cf. ind. — Val. Eccl. III 436 — VCH Suffolk II (1907) pp. 117/19, auct. J. C. COX — W. A. DUTT, *Suffolk,* 5a ed. London 1933, pp. 224/26 — W. H. HOPE, *Leiston Abbey,* in: *Prov: Suffolk Inst. of Archeol.* VIII p. 102 (Inventarium anni 1536).

Series abbatum (Colvin)

Robert 1183/93
(antea abbas in Durford)
Philippus 1234 et ante
Gilbertus 12 . .
Matthias 1250
Nicolaus 1278
Gregorius 1285/86
Nicolaus 1293
John of Glemham 1301/08
Alanus 1310
Simon 1316
John 1344
John 1390/99
Thomas of Huntingfield 1403/12
Clement Bliburgh 1437/51
John (of Sprotling?) 1453/59
Richard Dunmow 1475/82,
res. ante 1488
Thomas Dogett 1488/1500
Thomas Waite 1504/11[30])
John Green 1527, res. 1531
George Carleton 1531—36

inseri nequit: Wilhelmus abbas, saec. XIV (Bodleian Libr. Suffolk Ch. 226)

## NEWBO Assumptio B. M. V.

Neubo, Nubo, Newboo, Newboth, Nuebod.

NW Grantham, non longe a Sedgebrook versus orientem, in comit. et dioec. Lincolniensi, Circaria Angliae Medianae.

Abbatia fundata anno 1198 a Richardo Malebisse, probabiliter ad expiandum quoddam scelus eius, fuerat enim unus ex ducibus necis Judaeorum Eboracensium anno 1190. Fundator accusavit anno 1199 abbatem de Croxton apud regem, de non peracta translatione canoniae suae in Newbo, septem leucis ab illa distantem. De causa et de exitu huius rei nil scimus certi. Translatio peracta non est, sed est possibile, canoniam Croxtoniensem habuisse aliquam partem in nova illa fundatione, quae in posterum habebatur ut filia de Newhouse. Patronatus fuit penes familiam de Malebisse, qua exstincta, saeculo XIV transiit ad dominos de Fairfax et progeniem eorum. Ecclesiae incorporatae: North Thoresby, Acaster Malbis, Kneeton. Canonia videtur fuisse inops, valor redituum eius erat 71/8 Librarum. Anno 1401 religiosis paene erat destituta, anno

[30]) Act. Cap. Gen. Laon II 105

1477 erat depauperata et ruinosa. 1377:9, 1381:6, ca. 1475:13, 1500:13, 1536:8 religiosi. Suppressa est anno 1536. Praeter epitaphium abbatis cuiusdam saeculi XIII nihil de ea superest.

Archivalia: perierunt omnia.

Litteratura: HUGO II 339, prob. 209/10 — WAEFELGHEM 178 — BECK V 294, VI 63 — BREWER *Lett. Henry VIII*, voll. III, IV, X, XII/XIV, XVII/XXI — *Cal. Charter R.* I 371, 375/76 — *Cal. Pat. R.* 1345/48, p. 56 — CLAPHAM 142 — CAP III 55/66 — COLVIN 165/68, 411 — COTTINEAU 2053 — C. R. R. 84/85 — DAVIS cf. ind. — DUGDALE VI (2) 887/88 — FARRER/CLAY III — KIRKFLEET 116 — Lett. Com. Jean XXII 9284/85 — *Lib. Feod.* — P. L. I/V, IX, XIII — *Reg. Chichele* III/IV — *Reg. Archb. York Greenfield* IV — TANNER Lincs. LV — THOMPSON *Visit. Dioc.* I — IDEM, *Visit. Rel H.* I — *Val. Eccl.* IV 111 — VCH Lincs II (1906) p. 207/09, auct. S. ELSPETH — Duke of RUTLAND, *Effigy from Newbo Abbey*, in: *Antiquaries Journal* XI (1931) p. 65.

Series abbatum (Colvin)

Ralph 1227
Matthias 1242
Lucas 1249
Wilhelmus el. 1276, 1310
Rogerus 1358/62, res. ante 1382?
(1382 Roger quondam abbas)
Ralph 1401
Simon de Mumby el. 1406
Johannes el. 1412
William Gresley inter an. 1412 et 31. Ante hoc annum translatus est in Beauchief.
William Bottesford el. 1436
Peter York, seu Wygham 1475/78, res.
John Mownkton 1482/91
John Colby 1494/1500
William Broll 1522
Richard Carre 1529/36